

nihil sciuit, quia nondum sibi insinuata, cui nec ipse detulit. Sed quando Iudex ignorat appellatio-  
nem, † sine metu attentatorum potest procede-  
re. *Franc. d.c.bona memoria, n. 42.* sequitur *Mansred. lib.  
2. conclus. 217.* Et licet iam dicta non satis fortiter  
stringant, vt patet ex traditis *Doctorum, circa sepius  
allegata.* Nec forte pro bona fidei possessoribus ha-  
benda sint, quoad fructuum retentionem, per no-  
tata *Ioannis Lap. in tract. de fructibus lib. 2. tit. 2. cap. 3. &  
4. per tot.*

**21** Hinc tamen succurrat, tertio, † quod propter notoriā ex actis appellatarum sororum, praefer-  
tim *Gillæ paupertatem, difficultis, & quasi impossibilis erit reuoca io attentatorum, ex hac parte  
fructuum: quo casu cessare reuocationem sentit.*  
*Franc. c. dilecti, la 3. col. 2. vers. secundo limita, de appellat.  
sequitur & refert Mansred. conclus. 219. & lib. 1. part. 7.  
num. 55. Vestr. in tract. lib. 8. num. 16 circa finem.*

**22** Quarto: † Cum d. fructus sine scrupulo recipiant alimenta, & necessariam sustentationem di-  
ctatum fororum, & sic causam piam, vt per *Tirag.  
in prefat. tractatu priuilegorum pia causa, circa mediū.*  
Ideo nec hic fructus facile reuocandi erunt. Sunt  
enim † alimenta debita ex cursu naturæ, à quibus  
non appellatur, iuxta allegata per *Mansred. libro se-  
cundo, conclusion. 157.*

**24** Quinto: † Non dicitur attentatum hoc casu,  
attenta & equitate, vt in simili habet *Afflit. in decis.  
152. num. 6. 7. vbi in causa matrimoniali, † maritus  
compellitur præstare alimenta, lite pendente, nec  
dicitur attentatum. Et dicit *Afflit. hunc casum ad-  
dendum ad alios positos per Specul. in tit. de appellat.  
6. pen. in principio.**

**26** Sexto: † Licit ante decisionem cause principali plenaria sit facienda executio, super attentatis fructibus & expensis: si tamen hoc non fiat in sententiis super attentatis, Iudicem super negotio principali hoc facere, & sic luspēdere & differre posse, refert *Mansred. lib. 2. concl. 25 in fin. & Herculani.  
cap. 20. n. 16.*

**27** Septimo: † Puto præiudicia existere, vbi fructuum condemnatio quandoque omissa, quandoque & expressa reseruata usque ad finem litis, vt vidi in sententiis Sayleri, II. Martii An. 23. 22. Iunii Anno 23. 18. Maii Anno 71.

**28** Tandem, † in hac ipsa nostra causa idem esse factum & obseruatum, ostendit tenor senten. i.e., de Anno 69. vbi nec fructuum, nec expensatum condemnatio facta. Concludo itaque idem & iam fieri posse, vt videlicet non facta mentione speciali fructuum & expensarium, ea tacite reseruentur, usque ad finem litis. Saluis Dominorum votis. Quibus tamen non refragabor, si in conde-  
mnatione fructuum, siquidem casus est dubius, aliter visum fuerit: & præfigantur tres menses ad agendum ad grauamina, sub comminatione confissorum.

D. Bq. Potuisset ferre, vt diffinitive pronun-  
cietur. Quoad fructus, putat, rationes allegatas per dominum Referentem, non satis stringere, nisi duas ultimas. Concludit tamen cum domino

Referente, vt scilicet de fructibus, silentio praete-  
reatur.

D.H. & Q. similiter.

### V O T U M X L

In causa E. contra ciuitatem N.

### S Y M M A R I A.

- 1** In *appellationis causa, super iisdem articulis & causis,*  
aly vel iisdem testes in principali produci non debent,  
idque præcipue secundum ius Canonicum, quod at-  
tendendum putatur. num. 2. *Contrarium tamen, vt  
n. 3. 4 & 6.*
- 3** *Ius Ciuale & Canonicum vbi inter se pugnant, quod-  
libet in suo foro seruandum est.*
- 7** *Lictio hac, Schier id est, quasi, fere, quodammodo,  
est nota impropriatis & diminutionis; ideoq; ve-  
ritatem & existentiam denotare non viderur. n. 8.*
- 9** *Exactio iuramenti à Commissariis vbi non est rece-  
pta, nec de stylo Camerae.*
- 10** *Nemo tenetur armare aduersarium suum, presertim  
Reus; Quod tamen fallit, vt n. 1. 12 & 13.*
- 13** *Statuta à superiori sunt edenda subditis; Quare. n. 14.  
Et quatenus sunt edenda. n. 15.*
- 16** *Fundamenta Appellantis sunt tria. & n. 17. 19.*
- 18** *Sequestratio, quando dubitatur, quis possidat, & pro-  
pter illud dubium erit metus armorum, locum  
habet.*
- 20** *Index ad sequestrationem, nisi quatuor concurrant,  
procedere non debet. vt n. 1. 22. 23. 24.*
- 25** *Sequestratio causa subf. non presumitur, nisi probetur.*
- 26** *De sequestris iustitia non creditur, nisi quatenus ex a-  
elis proberur, alias est nullum, & cassari debet.*
- 27** *Vsusfructus retentio insert confessionem poss. sionis,  
eiusque constitutionem.*
- 28** *Paria sunt retinere vsu fructum, & rem tradere.*
- 29** *Vsusfructarius naturaliter possidet.*
- 30** *Possessio eadem penes duos in solidum esse non potest.*
- 31** *Possessio in feudalibus continuatur in heredes.*
- 32** *Dominus contra agnatum defuncti offerens sui iuris  
probationem in continent, in possessione prefertur  
agnato.*
- 33** *Sequestratio locum habet, quando partes sunt in pro-  
iectu armorum.*
- 34** *Sequestratio est remedium extraordinarium & sub-  
sidiarium.*
- 35** *Sequestratio non est locus, quando iure ordinario  
provideri potest.*
- 36** *Sequestratio omnis regulariter prohibita est, nisi in  
casibus in iure expressis & specificatis.*
- 37** *Pro regulâ pronunciandum est, nisi contrarium pro-  
betur.*
- 38** *Regulam, qua debet attendi, quem habere pro se suffi-  
cit. Fallit tamen vt ibi.*
- 39** *In petitione hereditatis cautio de bonis, lire pendente,  
non minuendis.*

**I**n primo puncto consideretur primo admis-  
sio grauaminum. Deinde & consequenter admis-  
sio Comissionariorum & commissionis:

Ex tanto cumulo articulorum, & vt ex aduerso prætenditur, superflua repetitione & recapitulatione priorum actorum, potest colligi, Appellatem non nisi protelationem & intricationem causa quærere, contra textum in l. ampliorem, §. 2. c. de appell. Nec debent in causa appellationis, † super iisdem articulis & causis, alii, vel iudicem testes in principali produci, notant Dd. in c. fraternitatis, &c. 2. intimauit, de test. Idque præcipue secundum † ius Canonicum, quod attendendum putatur, per not. in c. licet ex suscep. de for. compet. &c. cum per venerabilem, qui fil. sint legitimi.

Verum hisce & aliis non obstantibus, puto, nō admodum dubitandum, quia sint admittendi. 3 Primo: † quia Appellant liberum est, suum libellum vel summarie producere, vel acta prioris instantiae, loco grauaminum, repeteret. Sed neutrum horum commodius fieri potest, nisi per distinctos articulos, idque permisso Ordinationis, titul. 31. §. 4 Ius aber von einer. Deinde, † quia admittuntur articuli, eorumque probationes, dependentes à veteribus, & facientes ad causam, clem. 2. de test. Dd. in l. per hanc, de temporal. appell. Abb. Felin. in d. c. fraternitatis, de testib. & Dd. in auth. at qui semel, c. de probat. Et licet ius civile à Canonico discrepet, in receptione testium, super iisdem articulis, prout notatur & habetur in iam dictis locis. Regula tamen est: 5 Vbi ius civile & Canonicum † pugnant inter se, quodlibet in suo foro seruandum esse, per notata in c. possessor, de reg. iur. in c. Mys. respons. 85. numer. 6. & quasi per totum.

6 Accedit, quod † Iudex in dubio debet admittere articulos probatorios, & capitula. Hostiens. & Imol in c. per tuas, de testib. Iason in l. 1. si quis caut. in iud. sif. non obtemper. Alexan. Iason in l. si duo, §. idem Iulianus, circa finem, Rota decis. 6. 4. in antiqu. Idque in hoc casu tanto magis, quod aperte & directe ab Appellatis non asseritur, capitula esse plane eadem, cum veteribus, & sic non admittenda. Sed diversum ipsimet videntur innuere & fateri, dum dicunt in responsionibus, es sen schier in den grauaminibus nichts anders begriffen dann die recapitulatio.

7 Sed dictio hæc, † (schier) quæ accipitur pro qua si, fere, quodammodo, est nota improprietas & diminutionis, Bald in l. fin. num. 34. C. de edict. diu. Ad. toll. Iason in §. sed iste, num. 26. & §. preterea, numer. 41.

8 Institut. de action. Ideoque ea dictio † veritatem & existentiam denotare non videtur. Et in produc. to, quod intitulatum, Ablehnung / de die 15. Ianuarii, Anno 74. referunt & ipsi Appellati, lead futuras probationes, dum asserunt, An secundus vel tertius Gisbertus, per verba, zu rechtem Mann Lehen inuestitus fuerit, werd ex futuris probationibus sich der Grund finden. Per quod vteriores probationes potius admittere, quam impugnare constat.

Cum itaque articuli sint satis prægnates & relevantes, & in priori infinita iura Appellantis plene haud dubie deduceta non fuerint, périculum esse puto, si petita admissio ad probandum,

in causa tam ponderosa & gravi denegaretur. Ideoque meo voto d. grauamina ad probandum admitto.

Nominibus Commissariorum in specie nihil obiicitur, nisi quod dicit Appellatus, d. Silberboris esse affinem Ecentiat Rheinhardts aduocati Appellantis. Et quod reliqui omnes, sibi sint ignoti. Si tamen præstiterint iuramentum, loco iudicis, & quo sunt delegati, vult ferre, quod iuris est.

Cum itaque exceptions contra personas, sint irrelevantes, & petitio iuramenti sic se habeat, vt licet quilibet Iudices ab exordio sui officii iurare debeat, per l. rem non nouam, C. de iudie. Idque intelligatur ram de ordinariis quam delegatis, chartulariis, arbitris, & aliis, vt per Bald. & alios ibidem. Tamen exactio eiusmodi iuramenti à Commissariis, † cum vsu recepta non sit, nec de stylo Cameræ, & sic consuetudo in contrarium existat: puto, consuetudinem magis attendendam: cum ea solemnitas non sit substantialis, cuius omissione non viciat ad hoc, vt processus non valeat, gl. in d. l. rem non nouam. & Bald. ibid. n. 7. præsertim hoc casu, vbi omnes nominati Commissarii, sunt iuratae persona Cameræ, vt arbitror: Et Commissarii haud falsum committere possunt, propter frequentem adiunctionem personarum, æque peritarum ex aduerso.

Secundum punctum, Et si hæc es ben den gegebenen responsionibus bleiben / vel, acceptarem responses pro puris, propter responses euenuales. Sed prior forma magis placet: quia in primo puncto admissa sunt grauamina, ideoque superfluum putarem, iterum sub euenuali pronunciare.

Tertio puncto examinanda sunt responses.

Quarto, ad petitionem editionis der Begnadung priuilegii, vel statuti Monasterienlis, obiectum est: quod † nemo tenetur armare suum ad universarium, iuribus vulg. præsertim hoc locum habet in Reo, Felin. & alii, in c. i. de probat. & Dd. in l. §. 1. de edend. Fallit tamē hæc regula in pluribus, vt per Socin. in fallent. reg. 112. & Alexand. in l. c. que, numero 6. & deinceps, de edend. Imprimis vero, † vbi instrumenta vel libri, ad coadiuquandam intentiōnem Actoris faciunt. Item, † quando aliqua ratione possunt instrumenta vel libri, esse communales ipsius Actoris & Rei aliisque modis, vt ibidem. Sed in specie, quod statuta à superiori sunt edenda, † patet ex eo, quod statuta sunt publica, & ius proprium illius loci, vbi asseruantur, §. ius autem, institut. de iust. & iure, l. omnes populi, ff. ibid. Ideo omnibus † subditis eius loci communia, & per consequens, nemini deneganda. Et talibus compulsoriales decernuntur in in Camera, D. Gail. observation. 106. numero 8. libro 1. Edi tamē debent, † quatenus iure cautum est, nec ultra ea, 15 quæ petenti necessaria, vel petita sunt, vulgatu iuribus. Sufficit enim edere eam partem, quæ est ea, sa petita editionis, vt per Felin. in capit. ex epistola verl. ii, numero 52. de probat. Et est hoc casu tanto ratiōne dene-

deneganda petitio, quod non, nisi conditionaliter, & in eventu, si omittantur cauillationes, & Appellati Rissen vnd Archiven nit gemeint werden ex aduerso excipitur. Et sic videtur ipsemet Appellatus tacite consentire in eam editionem, quam & ego decerno, vt petitum, nempe, ut per compulsoriales edatur latinus tenor d. Begeadung sampe derselben neuuen Declaration. Posset vero & hoc per commissionem petitam expediti, ei que inscri clausula compellendi ad petitionem, prout videtur ibidem in effectu petitum: quia tamen Appellans sponte sumptus postponit, nec non stylit, ut per compulsoriales exactio fiat, ei, ut dictum, acquiesco.

Quintus punctus. Hic aliud non est petitum, nisi vt adigatur aduersarius contra se, & in suum præiudicium fateri. Cum itaque hoc sit iniquum, & iuri aduersum, nec respondens ultra iuramentum caluniae, vel iuramentum respondendorum adigi possit, puto, deneganda esse petita.

Sextus punctus. Hoc loco nihil petitur ab Appellante, sed prætenditur solummodo, ad informationem Referentis scriptum esse productum. Aduersarius vero petit reici, præsertim additiones, & imponi, vt secundum ordinationem & stylum Cameræ procedatur. Cum itaque ibi nihil aliud agatur, nisi q[uod] ex confessionibus aduersarii, & actis primæ instantiæ, aliquis circumstantiis, præcipua puncta cause principalis deducantur, idque immaturè & præcipitanter, puto, id non, sed additionales articulos qui ex Repetitionschrift deducti, & in numerum contracti sunt, attendendos.

Quoad additionem, & reuocationem quorundam articulorum, ex variis Dd. traditis, puto constare, q[uod] mutationes & additiones articulorum, principales qualitates actionis non concernant, nec petita mutantur, vel aduersarii principia fundamenta per hoc conuallantur. Et ea omnia, non nisi ad consanguinitatis arboris declarationem, q[uod] competitores principaliter concernit, extenduntur. Siquidem articulus 95. aliud non declarat, quam q[uod] Otto fuerit filius Gisberti 2. quæ est circumstantia & qualitas negotii minus principalis, respectu Münster. Sic etiam artic: 155. a priori non, nisi verbo, gweyten / vnd/ quoad iuris effectum, discrepant; & art. 158. in verb. dem dritten/ & verb. dem nachfolgenden. Sic etiam duo additionales declarant potius, quam vt iuuent intentum ponentis. Reuocati articuli ex aduerso negati sunt: & sic reuocatio in ipsorum commodum tendit: ideo admittenda. Cum itaque correctione & emendatio articulorum libelli, in non substantialibus, & vbi non mutantur causa agenti, etiam post litis contestationem, declarando obscura, addendo ad qualitates minus principales, detrahendo, rescando superflua, fieri possit, notatur in §. si minus. ibi lsf. & alii, Inst. de action. & in l. de edend. Concludo, quoad primum membrum huius puncti, ut supra. Deinde interloquendum, vel q[uod] mutatio, additio & reuocatio sit ad-

missa, das man es bey der / ic. bleiben las/ refusis expensis dilatae litis: alias enim haec non admittenda, Bald. Saly .in Ledita, C. de edend. & in Lvnica, C. ne lic. tertio protoc. prout Zas per plura, in l. sancimus, C. de iud.

Septimus punctus est similis priori, habet præmatu: am & præcipitu repetitionem priorum Actorum, contra ordinationem. Siquidem hoc post probationes & publicationem eortundiri fieri debeat. Est, mea sententia, hoc sati expeditedum & planum, ideoque ad congruum tempus, & ordinatione præscriptum reiiciendum. Posset etiam procurator propter tales excessus contra ordinat. nach Ermessigung gestrafft werden. Sed putarem sufficere, si relificantur, cum referuacione, ut supra.

Quod vero attinet petitionem exclusionis à probatione, non video, quomodo hoc locum habere possit, cum nemini probandi facultas sit facile deneganda. Licit enim Abschied de An. 70. dicat, quod iuxta articulos probatorios separati in supplicatione, vel coram deputatis, Commisarii peti debeant: tamen, vt puto, hoc non adeo strictè, cum effectu præclusionis obseruatur. Ideoque forte ex officio, tempus adhuc præfigi posset, sub comminatione præclusionis, (nota, kan diese submissio ad 3. punctum gezogen werden) id quod ego facere, salvo tamen iudicio dominorum, ita: Ist das Begeeren / w abgeschlagen / sonder D. Reiffsteck zu Benennung der Commisarien/ oder was sich sonst ferrner zu handlen gebürt/ von Amts wegen Zeit N. Monat bestimmt vnd angefegt/ sub comminatione præclusionis, propter Abschied/ An. &c. 70.

Octauis punctus. Hoc loco Appellans suam petitionem præcipue fundauit ex tribus causis. Primo: t[em]p[or]ia contentio sit de utili dominio eius. 16 que vacua possessione. Et in hoc Appellat[em] est esse potiorem. H[ab]et eius assertio, iuris habet subsidium. Quando enim neutra pars est in possessione, & viriusque iura sunt omnino ita æqualia, incerta, & obscura, vt cuius causa, quoad vsum & possessione rei controversæ p[ro]ponderet, planè ignoratur, t[em]p[or]e eo casu sequestratio iure fieri potest, alias secus, Bald. in Lvnica, n. 1. C. de probib. sequestr. pecu. Dd. in L. aquisimmo, de vissfr. Bald. l. fin. num. 10. de edict. D. Hadr. tollend. idem Bald. in l. pen. C. vbi pupill. educ. deb.

Secundum fundamentum Appellantis est, 17 subesse timorem armorum & tumultus, & vitriique, tam de possessione, quam de dominio contendit, q[uod] æquæ iuri & rationi consonit est. Quando enim dubitatur, quis t[em]p[or]e possideat, & p[er]pter illud 18 dubium oritur metus armorum, locum habet sequestratio, Hostiens. in summa, tit. de sequestr. possib. & fr. Panor. c. 2. n. 14. eod. tit. Ferrariens. in form. libell. sequestr. in princ. n. 3. Bald. c. 1. n. 3. 6. 7. de sequestr.

Tertio prætenditur, t[em]p[or]e positio, q[uod] ab appellato Epi- 19 scopo ante petitionem esset apprehensa possessio, tam in continentia doceri posse de nullitate & ini- quitate eius apprehensionis. Et hoc dependet à prima causa, & posset per eam verificari, si modò veritas narratis adsisit.

Sed ex aduerso principaliter obiicitur, Appellantem in possessione rei controversæ non fuisse, nec de præsentí esse. E duerso, à morte Comitis Iodoci, acquisiuisse, & adhuc habere possessionem rei controversæ, idque constare & probari per documenta, simul cum duplicitis producta: inter cætera verò lit. D. per quam copiam ostenditur, Comitissam viduam defuncti Iodoci, ab Episcopo in feudum accepisse d. Herrschafft / allein zu iherer Leibzucht vnd zu Leibzüchtes Recht. Id qd nec Appellans diffitterur, quantum ex actis appetat. Copia verò sub lit. E continet eum Bericht / ibidem nominati Canonici, qd Episcopus Wilhelmus Kettler / quibusdam mandauerit, die Beamtage der Herrschafft N zu beend' gen. Quod deinde sub Episcopo Bernhardo iterum factu est, probatur per instrumentū litera. I. Tertio dicitur ex hac parte allegatiū periculū & timorem armorum non existere: siquidē Appellatus meliori iure, tam in possessione, quam petitorio nitatur, & ob hoc non molestandus, sed defendendus in possessione.

Sitaque hinc inde allegata & deductā funda-  
menta, nec non circumstantia cause, cum docu-  
mentis conferantur & ponderentur, puto, Ap-  
pellantis petitionem non subsistere, & eam per  
obiecta & probata ex aduerso elisam. Idq; confir-  
mo: Non enim t̄ debet Iudex ad sequestrationem  
procedere, nisi quatuor concurrentibus. Primo,  
vt t̄ summarie constet de iure petitoris. Secundo,  
is t̄ voce ur, contra quem petitur. Tertiò, id fiat  
ad t̄ sui iuri conservationem, & non causa calu-  
mniae & æmulationis, idque iuretur.

Quarto, vt emineat & appareat suspicio, aut  
via facti, siue violentia, timeatur, per ea quæ tradit  
Guid. Pap. decif. 246. per tot. Ex quibus omnibus, no-  
stro casu præcipue attendendum esse puto, an iu-  
sta causa sequestrationis subsit, & ea causa proba-  
ta, & Iudici cognita existat. Non enim t̄ talis cau-  
sa iusta subesse præsumitur, nisi probetur, Panor.  
c. 2. n. 22. de sequest. poss. Nec creditur de iustitia se-  
questris, t̄ nisi quatenus ex actis probetur, Dec. cons.  
366. n. 13. Anch. cons. 292. nu. 2. alias est nullū, contra  
iuris ordinē factum, & cassari debet. Rom. cons. 258.  
circa nu. 2. 4. Schurff. cons. 6. nu. 4. & cons. 15. nu. 5. cent. 3.  
Quod vero hoc casu ius Appellantis nondum sit  
liquidum, nec Iudici de iustitia principalis cause  
satis constet, manifestum, & ex prioris instantiæ  
sententia, præsentique lite conosciendum puto:  
sed & possessio rei litigiosæ consideranda, an vel  
penes Appellatēm, vel Dominum Episcopum &  
Capitulum ea sit, assertit ipse Appellans, eam esse  
vacuā & utrinque de possessione contendit, sicque  
fatetur se in possessione non esse. Verum è diuer-  
so, qd Appellatus in hoc posse sit, non obscurè  
constare puto: siquidē iuris, qd penes dominum  
feudi, simul cum dominio directo, etiam ciuilis  
est possessio ipso iure. gl. magna in s. l. licet. ibi Dd. C.  
de acqu. poss. & l. 3. §. ex contrario, eod tū. Et ppter hanc  
ciuilem possessionem, propria authoritate posses-  
sionem bonorum feudalium apprehendere, &  
etiam resistentes repellere potest, per ea quæ dicit

Bart. in l. 1. §. nunciatio, nu. 8. de operis noti nunciat. & l.  
clam possidere, §. qui ad nundinas, de acquir. poss. præ-  
teritum si hoc fiat in continent, Bart. in l. 1. §. quod  
ait prætor. ibi in addit. verb. tenet. hic, vti possidetis.

D. inde constat ex vtriusq; ae partis confessio-  
ne, viduam D. Iodoci Baronatum controversum  
ab Episcopo pro vſufructu retinere. Quæ re-  
tentio vſufructus t̄ infert confessionem pos.  
sessionis, eiusque constitutionem. Traq. tract. de  
iur. const. poss. 1. part. nu. 25. & part. 3. limit. 9. num. 12.  
Paris enim sunt, t̄ rei inere vſumfructum, & rem  
t̄ adere, l. quisquis, §. si quis argenteum, §. sed siquidem  
C. de don. Et licet opinione sunt inter Doctores, v-  
trum naturalis possessio si penes proprietarium,  
vel vſufructuarium. Communior quidem est, t̄  
vſufructuarium naturaliter possidere, Dd. l. natura  
liter, in princ. poss. de acquir. poss. Boer. decis. 172.  
Altera verò non minoribus rationibus sustine-  
tur, Alex. Ioan. de mol. Francis. de Aret. Ias. Lud. Bologn.  
in d. l. naturaliter. Tamen hoc casu alterutrum  
sufficiat, in eum effectum, quod neutra possessio  
penes Supplicantem reperitur. Cum eadem pos-  
sessio t̄ penes duos in solidum esse non possit, l. 3. §.  
ex contrario, de acquir. poss.

Accedit etiā, quod subditi & officiales do-  
mino proprietario iam præstiterunt in eveniūm,  
iuramen a. de quibus in c. l. qualiter iuram. deb. vſ.  
fidel. (videlicet domesticitatis & subiectiōnis) te-  
stantibus documentis: & quod secundum com-  
munem opinionem, à die retentionis vſufructu-  
sus, naturalis possessio cum ciuali, vſufructua-  
rio singitur consolidata, d. l. quisquis, §. fin. tū. Inſtit.  
de vſufr. & allegata per Boer. d. decis. 172. n. 13. Ethuic  
iuri & possessioni domini Appellati, non parum  
opitulatur sententia prioris instantiæ, vt post  
inde videri possit.

Nec iuuatur Appellans, si dicat, in feudalibus  
possessionem t̄ continuari in heredes, Beluis. Alua-  
rot. in c. 1. de feud. cognit. Quia hic nec de herede, nec  
de descendente agitur: sed de collaterali, in quo  
cessat ratio, quod videlicet descendens cum vi-  
uente patre possidet, & quod fictione identitatis  
ius patris facilius continuatur. Cum i. aque hic  
diuersa sit ratiō, Ergo, &c. Ladigere, §. quamvis de  
iure patron. Sed quod nec in feudis possessio tran-  
seat ipso iure in filios, vel heredes, allegat ad hoc  
Traq. in tract. le mort saist. 4. declarati. pref. at. n. 3. 4. &  
seq.

Et quod dominus contra agnatum defuncti  
offerens t̄ probationem sui iuris in contineat, 32  
(prout hic in exordio exceptionum articulata ū  
conicitur) in possessione agnato præferatur, no-  
tatur in l. si. C. quorum bon. & Afflict. t. a. 1. si de feud. fuer.  
controvers inter domin. & agnat. nu. 5. præf. tū. hic,  
vbi præsumptio feudi masculini obstat, & quidē  
ex inuestitura Gisberti, t̄ vel 2. hic non negatur.

Quod demum ad secundam p̄ accipiam cau-  
sam petitæ sequestrationis attinet, timorem vide  
licet armorum, & scandal: ea pariter allegata  
quidem, at non liquidata est. Sequestratio enim t̄  
locum habet, quando partes sunt in p̄ oīcītū  
armorum

armorū l. equis̄tum, de vſufructu, & l. fin. de offic. proc. Cesar. Quod hic non existit. Quia supplicans pater, & primarius A&tor, elegit ordinariam iuris viam, & sic postpoluit viam facti, quod meritò & filius faciet, & pr̄sumendum est. Cum in omnem euentum securus esse possit, lata pro se sententia, tam quoad Baronatum ipsum, quam quoad fructus perceptos, dum nec dilapidatio nis periculum ex aduerso timendū. Sequestratio enim † est remedium extraordinarium & subsidiarium. Et quando iure ordinario prouideri potest, † non debet huic locus esse, Bald. l. vnica, nu. 2. C. de prohib. sequestr. Schurff. consil. 15. n. 6. cent. 3.

Cum itaque regulariter omnis sequestratio 36 prohibita sit, † nisi in casibus in iure expressis & specificatis, vt per Ferrariens. inform. sequestr. Sed 37 pro regula † pronunciandum, nisi probetur contrarium. Sufficit enim, quem habere † regulam pro se, quæ debet attendi, quamvis aliquæ sint fallaciae in contrarium, vt in terminis, Schurff. d. conf. 15. n. 6. cent. 3.

Verū cum hoc negotiū nulli casui earum fallientiarum accommodari possit, & primō loco obiecta pro mea sententia per iam enumerata di luta sint, puto Appellantū suam petitionem denegandam.

Et licet in casu, vbi constat quis possideat, alteri parti mandari potest, ne ad possessionem alterius accedat, vt per Bald. in d. l. vnica, n. 10. C. de ed. diuī Adr. tollend. & in c. 1. n. 6. & 7. de sequestrat. Idque hoc casu ab Appellatis petitum sit; dubito tamen hic, & putarim quidem non opus esse tale mandatum impetriri: cum de procinētu armorū, & imminenti tumultu nihil constet, nec pr̄sumendum, quod Appellans contra Episcopum, tanquam asservum dominum feudi, aliquid sit molitus, per supra dicta. Consultius meliusque fäceret Appellans, si hac petitione sequestrationis omissa, postularet cautionem de bonis, pendente lite non minuendis, sicut † in petitione hereditatis decerni solet, l. Diuī. ibi gl. & Dd de petit. hered. & in l. quod si in diem, eodem tit. Saluis votis dominorum melius sentientium.

## V O T V M X L I .

In causa Nobilium E. contra C. Abibung eines Pfandschillings bestrefft.

## S V M M A R I A .

- 1 Pacta legis commissoria omnino propter detestabilem usurariam auaritiam creditorum sunt prohibita, imò nec iuramento, neque consuetudine confirmantur, vt n. 2. & 4.
- 2 Iuramenti vinculum, cum sit spirituale, non transit ad heredes.
- 3 Pacta legis commissoriae pignori adiecto nunquam vari reliundi pignus pr̄scribitur.
- 4 Ignorantia iuris in casu legis commissoriae bonam fidem ad pr̄scribendum non inducit. Ratio que. num. 7.

- 5 Mala fides defuncti in heredem & vniuersalem successorem transmittitur.
- 6 Prescriptio ex mala fide nullo unquam tempore procedit. & n. 10. 11. 12.
- 7 Fructus tam percepti, quam percipiendi ex re pignorata, computantur in sortem; imò sors per fructus perceptos attenuatur, ipsumq; pignus liberatur.
- 8 Pactum de fructibus lucrando ex re pignorata, tanquam usurarius contractus non valeret, nisi sumptus & expensa custodia aequinale ant reditibus.
- 9 Oblatio a debitore verbalis sufficit.
- 10 Fraus pr̄sumitur, quando pacta apposta claudantur.
- 11 Presumitur malam habere fidem, qui contra iuris mercatur.
- 12 Reus in hoc casu, quibus vitatur defensionibus, & n. 19. 20. 21. & 7. 42. 43.
- 13 Deceptione usque ad dimidium iusti precii in contractibus fieri potest. Fallit, si dolo emporis venditor ad vendendam rem, quam alius non erat venditurus, effet inductus, n. 23.
- 14 Pactum l. commissoria ob interueniū iuramenti non firmari, quatenus procedat. & n. 25. 26.
- 15 Iuri offerendi licet regulariter pr̄scribatur, hoc tamen fallit, vt n. 29. 31. 32.
- 16 Prescriptio immemorialis excluditur, vbi ex scriptura de initio contractus constat.
- 17 Mala fides vbi ex titulo iniusto & inualido resultat, meritò cessat prescriptio; invequa mala fide, & in quantum hoc procedat. n. 34. 35. 36.
- 18 Mala fides indubitate, etiam regulariter tantum indicis & conjecturis probari potest.
- 19 Prescriptio mala fidei ex ostensione tituli iniusti non sequitur: & runc de iure Canonico procedit prescriptio longissimi temporis, 30. vel 40. annorum, & multo magis immemorialis, nu. 39. Ratio huius que. n. 40.
- 20 Ad pr̄scriptionem titulus putatus quoque sufficit.
- 21 Fructus à litis contestatione, quare adjudicandi.
- 22 Expensa quare compensanda, vt numer. 46. 47. 48.
- 23 Antichresis legibus permitta & non incognita est.
- 24 Leges propter fructuum incertitudinem patiuntur, vt creditor fructus pignoris habeat, tanquam periculū precium, quibus in omnem euentum, contentus esse debet.
- 25 Ratione incertitudinis, dubiūq; euentus, lucri vel damni, multa permittuntur, quæ alias non valebant.
- 26 Contractum interpretari in equo rem partem, tanquam celebratum bona mente, bono studio, & absque fraude, ad officium iudicis pertinet.
- 27 Sufficieniam finis in nostro casu cessare faciunt, quod eiusmodi contractus per totam Germaniam olim & hodie sunt frequentati, à viris probis & laudissima opinione, &c.
- 28 Pacta intermedia quare pacto l. commissoria non opulentur. & n. 36.